¶ Hic est liber tertius huius compilatiõis feudorũ. prout dixi s̄. de feudi cogni. sup rubrica. ⁊ in preambulis positis. s̄. in prin. operis. Nã tot⁹ iste tractatus feudorũ diuisus est in tres libros. Prim⁹ liber durauit a p̄ncipio tractat⁹ feudorũ vsqꝫ ad dictũ titulum de feudi cogni. Secundus liber durat vsqꝫ ad presenteꝫ titu. In quo incipit tertius liber ⁊ durat vsqꝫ ad finẽ huius cõpilationis. ⁊ tractat⁹ feu. Et ĩ hoc tertio libro sunt inserte multe leges imperatorum ꝓut patet. j. ĩ plurib⁹ titu. Et cõtinuatur ista rubrica ad precedentẽ hoc ordine. quoniaꝫ in titu. precedẽti posuit vnũ casum in quo vasal. amit. feu. vꝫ propter eius cõtu. Sed qꝛ sunt plures alij casus in qb⁹ vasal. similiter feu. amittũt. Idcirco vt predicta declaret. subijcit istũ ti. ĩ quibus causis feu. amittatur. ¶ Et aduertendum qꝛ in hoc tit. ⁊ sequẽ. repetit aliquos casus positos. s̄. quib⁹ mo. feu. amit. vt alios addat. ⁊ ideo nõ videt superfluere vnus titulus per alium: vt in autentica de equali. dot. ĩ. §. his consequens. cum ibi not. prout in simili dixi s̄. hic potest esse titu. qui succes. tene. Et hoc modo intelligit ẽt alter ti. s̄. hic potest esse tit. qui. mo. feu. amit. vt ibi dixi. ¶ Iac.

OBertus. Ista est quedam epistola responsiua trãsmissa ꝑ Obertũ de horto peritissimũ ĩ hac materia feu. an felino filio suo iuueni studioso sepe querenti se edoceri ⁊ sibi significari que sunt cause q. feud. amit. Et diuiditur tota ista epistola in partes septem quoniam in prima ponit salutationeꝫ. In secũda exordium ⁊ excusationem. In tertia narrationem in qua ostendit qualiter cause amittendi feud. non possunt sub certa regula tradi. In quarta assignat vnam rationem interserendo qualiter vasal. debeat se habere erga dominum suum secundum mores curiarum. In quinta ponit diffinitionem beneficij inquantum capitur in genere. In sexta ponit diffinitionem beneficij in quantum capitur in specie ꝓ feudo. In septima concludit narrando causas ex quibus feu. amittatur. Secunda ibi. cogis me. Tertia ibi dũmodo memineris. Quarta ibi. quo enim. Quinta ibi. in p̄mis. Sexta ibi. huius aũt generis. Septima ⁊ vltima est in ti. seq. q est pars p̄sentis epistole. Et licet nõ bñ possit summari tñ in summa hoc vult. Pater scribẽs filio se excusat ⁊ dicit ꝙ cause quib⁹ feu. amittat nõ p̄nt diffiniri sub certa regula. ⁊ subiungit qualiter vasallus erga suũ dominũ se debeat habere. post hec diffinit beneficiũ dupliciter. h. d. totus iste titulus. ¶ In tex. ibi de horto. Nõ intelligas ꝙ referat locũ originis. q̄m fuit de Mediolano ⁊ nõ de horto. vt. j. ti. seq. in p̄n. ⁊ j. si vasal. fue. inter in. c. j. ⁊ j. q testes sint neces. ad probã. ĩuesti. in. c. j. Sed intelligas qđ referat nomẽ agnationis sue. sicut si diceres Iacob⁹ de aluarotis. vt dixi. s̄. de feu. cogni. in prin.

1 Obertus in iure peritissimus maximus fuit aduocatus.
2 Cause feudi amittendi sub certis regulis non possunt tradi.
3 Delicta solennibus verbis nonnunq̄ intitulanda.
4 Ingratitudo que sit causa feudi amittendi.
5 Consuetudo bona quare naturalis sit dicenda.
6 Beneficium quot modis sumitur. ⁊ vt p̄fectum dicatur que in eo querantur.
7 Beneficium in specie preter feudi naturam ad certum seruitiũ dari potest.
8 Feudum sub pacto datum vt nullum inde exhibeatur seruitiuꝫ iuri feu. dicitur datum.
9 Feudi definitio multiplex.

§ Ibi salutem. Similis modus habetur in. l. publia.
a §. fi. ff. depositi. Vtrũ aũt salutatio[a] sit de substantia epistole. dixit glo. in ꝓemio sexti libri. hoc est relinquẽdum solutioni rhetoricorum. Sed quantuꝫ in ꝓposito nostro tu dic ꝙ nõ erat de substãtia. cũ p̄r scriberet filio cũ quo nõ erat necesse captare beniuolentiã que iam inerat. q̄d aũt debeat ꝯtinere epistola. vide ꝑ Bar. ⁊ bal. in ꝓemio ffor. sup rubrica ad finẽ. Ibi cogis me. Subaudi causatiue nõ p̄cisse. cum imo filius solum deprecabatur. vt. j. patet duꝫ dicit preces tuas paruipẽdere ⁊c. Ibi nostre rei publice. s. Mediolani. vt. s̄. dixi. Ibi p̄uatorꝫ
1 causis. † Nam iste Obertus erat maxim⁹ aduocat⁹ ⁊ peritissim⁹ in iure qui multa viderat de istis vsibus feu. ⁊ in frequẽti disceptatiõe causarũ multũ occupatus. Ibi paruipendere. i. modicũ estimare ⁊ est vbũ compositũ. Ibi rotũda. i. solida ⁊ plena. Ibi comprehẽdi. s. vt describant breuiter cause qb⁹ feu. põt reuocari. Ibi scriptuꝫ reperimus: vt dic vt. in. l. iij. §. eiusdẽ. ff. de test. vbi dicitur ꝙ non põt certo modo diffiniri que argumenta ⁊ ad queꝫ modũ sufficiãt ad probandũ. Ibi sine calumnia. i. sine reprehensiõe. Ibi queadmodũ dic. i. ad quẽ modũ: prout dixi tex. ĩ dicto §. eiusdẽ a quo sumpt⁹ est. Ibi nõ errauit quasi dicat ⁊ vehemẽter erraret ille qui affirmaret posse dici ⁊ diffiniri q̄ cause sufficiant domino ad ꝓbandaꝫ ingratitudinẽ vasalli vt p̄dat feudũ. Ibi occasio. i. causa. sicut ĩ simili dicimus ꝙ nõ omnis metus est sufficiens ad rescindẽdam transactionẽ. sed solum qui cadit in cõstãtem virũ. l. interpositas. C. de transac. Et nõ omnis ingratitudo est sufficiens ad reuocandũ donationẽ. vt in. l. fi. C. de reuo. dona. ⁊ hic ĩ glo. Ibi egregie. i. notabiles quasi extra gregem posite ⁊ nõ vulgares. Et ideo speciali nota cõmemoratione fuerãt digne. vt fa. l. item apud labeonẽ. §. hoc edictũ. ff. de iniur. de qb⁹ causis statim faciet specialẽ mẽtionẽ ĩ titulo sequẽti. ⁊ quãq̄ assignent ibi alique cause notabiles nõ tamẽ ex hoc sequit ꝙ possit tradi certa diffinitio: qꝛ vltra dictas causas enũeratas põt multis alijs modis cõtigere: vt alie emergãt cause sufficiẽtes ad feudi amissionẽ. vt dicit tex. in dicto titul. equẽ. in. §. sꝫ qꝛ. Ibi humiliter. i. reuerẽter. vt. s̄. titulo ꝓrimo. in fi. ⁊ ĩ. l. cũ affirmes. C. de libe. causa. Ibi deuote. p̄sona eñ dñi sui debet parcere sibi sic. ĩ. l. liberto. ff. de obsequijs. Ibi benigne. i. beneficiẽdo tanquã obligatus dño ea ratione. qꝛ benefaciẽtibus benefacere debemus. vt in. l. si nõ fortẽ. i. §. si libertus. ff. de cõdi. indebiti. Ibi fideliter prout habetur. s̄. de for. fideli. ⁊ tit. de no. for. fideli. Ibi põt percipi. nõ aũt põt tradi certa regula cũ ista poti⁹ colligant ex varijs ꝯsuetudinibus curiarũ. Ibi in primis scꝫ anteq̄ cause ꝑ quas feudũ amittitur enumerent. Et aduerte quoniã ẽꝫ gl. ĩ q̄busdã libris incipit hoc loco titul⁹ iste. ⁊ oĩa p̄cedẽtia ex dicta epistola vsqꝫ ad istũ. §. in primis vocant. Sꝫ cõiter habetur tota ista epistola integra ꝓut. s̄. legi. ⁊ ita tenẽdum. Ibi diffinitionem. Subaudi que diffintio tracta est a descriptione ĩ libro senece de beneficijs. Et hoc sensit etiã glossella ĩ̄ posita. Ibi beniuola actio. Subaudi prout a domino proficiscit. prout autem a vasallo ⁊ recipiẽte suscipitur effectus ipsius beniuolẽtie. Et totum istud significatur nomine beneficij. Ibi capiẽs scilicet cum retributiõe seruitij. qꝛ vasallus nunc erit sicut bubo ligatus vt. s̄. de for. fideli. Ibi ꝓna idest libens. Ibi spõte sua idest sua voluntate spõtanea. Ibi pa

a ¶ Vtrũ autẽ salutatio. Adde an ꝑ salutatiõnẽ ꝓbat remissio inimicitie. vide. d. Bal. ĩ. l. filio. in p̄n. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ an nõ salutãs p̄sumat inimic⁹. vide ꝑ gl. fi. in. c. adrianus. lxiij. di. dũmõ prius erat solit⁹ salutare ẽm Abb. ĩ c. ad hoc el. j. de appel. Ab. in. c. cũ sup. sup gl. j. de offi. del. abb. ĩ. c. reprehẽsibilis. de accu.

rata sc3 ad hoc faciedū.nō autem mediante aliqua necessitate.
sed sponte ⁊ nō coacte:q2 tūc non esset liberalitas.ff.de adi.lega.
l.rem legatam.i fi.⁊ C.de prepo.sacri cubi.l.iubemus.§.hec oia.
Ibi ex beniuolētia.Ex hoc nō.institutio feudo.seu natiuitas gra
tiosa.Ibi datur subaudi per inuestiturā.Alias nō constituitur
feu.vt.§.qui.mo.feu.cōsti.pos.in.c.j.Ibi ꝓprietate.i.directo do-
minio quod est dn̄i vt.§.de inuesti.de re alie.fac.in.§.quamuis.Ibi
rei imobilis.Subaudi vel que inter immobilia cōputentur.vt
§.de feu.cogni.in.c.fi.Ibi penes dantem ex hoc colligit retētio
ꝓprietatis rigorosa.Ibi vsusfructus.Ex hoc colligitur i fendo
acquisitio fructuosa.⁊ capitur hic vsusfructus pro vtili domi-
nio quod est apud vasallum.vt.§.de inuesti.de re alie.fac.in.§.j.
ibi heredesq3 suos.Ex hoc colligitur processio seu protogatio i
feudo generosa.Ibi domino seruiāt.Ex hoc colligitur retētio
seu vicissitudo onerosa.Ibi indeterminate.Ex hoc tacite solui
tur queda3 questio dubiosa.Ibi masculo.Subaudi ⁊ deinceps
per masculinam lineam descendētes vt.§.de gradi.in prin.Ibi
feminas hoc intelligo quando de tempore specialiter dictū est
in inuesti.vt sequit.Alias secus vt.§.qui feud.da.pos.in.§.hoc
autē.Ibi in perpetuū.vt.§.de natura feu.in.§.j.nisi per culpā
veniret priuādus:vt ibi ⁊.§.tit.seq.Ibi heredes intelligitur de
masculis tantū in ista materia:istud verbū heres simpliciter p
latū.vt.§.de feu.alie.in.§.⁊ si clientulus.Ibi fideliter.f.secundū
formā traditā.§.de for.fideli.⁊ in ti.de no.for.fideli.Ibi fi in id
sc3 beneficiū per inuestiturā datū.⁊ facias hic vnā virgulā ne er
res.Ibi seruitiū.Subaudi qd debet pstare vasal.⁊ sui heredes.
Ibi fit expressum.Pone exēplū per.§.preterea.§.quid fit inue-
stitu.potest enim dari.feu.ad certu3 seruitiū.vt in.c.fi.§.de capi.
qui cur.ven.⁊ tunc appellatur feu.conditionatum.vt ibi no.in
glo.Ibi siue indeterminate.i.libere sine aliqua cōditione appo
sita.quo casu appellat feu.simplex seu rectū vt in glos.in.c.cū.
quonia tunc nō debetur seruitiū nisi fm simplicem ⁊ ꝓpriam
feu.naturā.put disponitur.§.in.d.ti.de for.fideli.⁊ de no.for.fi-
2 deli.¶†No.quod posse tradi sub certa regula causas ex quib9 feu.
amit.sicut nec genera ꝓbādi an p testes.⁊ quales ⁊ quot.vel per
instrumēta ⁊ qualia argumēta.Et ideo ista cōmittunt iudicib9
a iure qui ex varijs causarum figuris decernere debēt illud qd
equū ac iuridicū videat.vt.ff.in ti.se.in.§.de.i.ar.in.l.testium.in
§.eiusdē.⁊ in.§.j.ibi tu magis scire potes quanta fides sit testi-
bus adhibenda ⁊c.facit.ff.de verbo.obli.in.l.continuus.in.§.cū
ita.Et de hac materia super arbitrio cōcesso iudicib9.a.l.quid
operet.dic plene per Bar.ff.de decre.ab ordi.faciē.in.l.ambitio-
sa.⁊ per Bal.in.l.voluntatis.C.de fideicō.⁊ dixi.§.de mili.vasal.
3 in prin.¶†No.quod etiā delicta possunt intitulari verbis solē
nibus.vt patet hic.vt causam ingratitudinis appellat egregiā.
sicut alibi latro appellat famosus.l.capitalium.in.§.famosos.
ff.de penis.Et interdum lex dicit maleficiū bene facere yronice
loquēdo.l.fratres.in fi.cum ibi no.C.de inoffic.testa.¶Not.non
posse tradi certa regula neq3 diffiniri qualiter vasal.obeat se ha
bere erga dominū suum cū hoc consistat potius ex varijs curia-
rum consuetudinibus.Et est ratio q2 cum cōstitit de facto ⁊ nō
in iure non possunt diffiniri vt in.l.mora.in pri.ff.de vsur.Facta
enim sunt incerta.Ius vero est certum.l.ij.ff.de iur.⁊ fac.igno.
Et ideo propter nimiā negociorum varietatem.vel propter dif-
ferentias aliarum circunstantiarū relinquit in arbitrio iudicis
hic ⁊ in.l.neq3 leges.⁊ ibi bona gl.ff.de legi.Nam possibile est q
in vna curia dominus sit magis onerosus in vasallos q̄ in alia
⁊ similiter vasal.fit magis delicatus in vna q̄ in alia:vt.§.in tit.
seq.in prin.vnde ista sunt a iudice disponenda.§.fi seruos.in.§.ff.
4 de pigno.act.¶†No.ter.ibi nō cōi ⁊c.q feu.non admittitur ex
qualibet causa ingratitudinis.sed solū ex magna ingratitudi-
5 ne.vt hic ⁊ infra i ti.seq.in.§.illud enim.¶†No.ter.ibi poti9 ex
natura ⁊c.q bona cōsuetudo dicit naturalis.Et est ratio q2 p-
uenit ex instinctu.nature rationalis q̄ inest homini.vt.§.tit.pri.
6 in.§.sed ⁊ q delator.¶†No.beneficium dupliciter vno modo
sumpto in genere quotiescūq3 alijs bene facim9.quoniam obli-
gamus eos nobis ad antidora.l.sed fi lege.in.§.cōsuluit.ff.de pe-
ti.here.⁊ sub hoc beneficio generali comprehendit etia3 ipsum
feu.q est beneficium in specie.⁊ista species assumit sibi nomē sui
generis.sicut dicimus de adoptione q est nomē generale ⁊ cōti-
net sub se etiam adoptionem in specie vt.l.j.ff.de adop.At au
tem istud beneficium in specie sit perfectum requirunt ista sex.
videlicet quod dominus det sponte ⁊ non coacte.Secundu3 q
dominium directum remaneat apud dominum.Tertium quod
cōsistat in rebus immobilibus vel que immobilium nomine con-
tinentur.Quartum quod dominium vtile transferat in vasal.
Quintum quod transeat in perpetuum in masculos descendē-
tes heredes.Sextum vt per vasallum fiat fidelitas ⁊ fideliter ser
uiatur.Et omnia ista sex colliguntur ex diffinitione i ti.ter.posi
ta.Similiter sunt sex illa ad que tenet vasallus domino ex for-
ma fidelitatis.Incolume/Tutū/Honestū/Utile/Facile/Pos
sibile.prout numerantur ⁊ declinantur.§.de forma fideli.in.c.j.

7 ¶†No.quod istud beneficiū in specie quod est feud.potest dari
determinate ad certū seruitiū preter naturā feu.Et indetermi-
nate nō specificato aliquo seruitio.vc3 fm communem natura3
feud.vt dixi super tex.⁊ supra de contro.iter vasal.⁊ epi.in euidē
tialibus.⁊ in preambulis huius operis.⁊ i qō.vij.Expeditis te
xtualibus venio ad apparatum. Et aduertendum qō hic ē so
lum vna glo.expedienda.que modicū fructum affert nobis ci
solu3 declarare intendat quod hic olim habebātur quedam ca
pitula que hodie vacāt cum alibi tradita sint pro maiori parte.
Ueruntamen pro expeditione dicte glosse.¶Quero cum ipsa
quis sit verus ordo huius capituli ad capitulū precedens quod
incipit dominus vocat milite3 ⁊c.cum varijs modis reperiatur
iste ordo traditus fm diuersos libros.Et respōdet gl.q vera or
dinatio est ista.prout legi ⁊ ordinaui.Uerū quia aliqui habent
hic tria capitula que sunt posita supra de feu.mar.Ideo dic q
male sunt hic posita cum sufficiat i dicto titulo de feud.marchie
esse posita ⁊ declarata.Sed quoniam vltra dicta tria capitula
adhuc habent quidam aliud capitulū quod incipit in oibus.
Et idcirco predicti capituli tenor recitatur per glossam vsq3 ad
versiculum quod autem dicitur ⁊ cetera.Et in illa parte vidit
ista glossa vsq3 ad capitulum generaliter.ad omnes contractus
etiam extra casum inuestiture.vt vc3 in omnibus contractibus
sit primo videndum quid inter pares actum sit ⁊ illud seruan.
per legem qui cu3 tutoribus.digestis de transactionibus.Et in
hoc vult glossa vsq3 ad versiculum quod autem dicit.Et in illa
parte limitauit ista glossa illud quod i dicto.c.dicebat videlicet
quod iuestitura facta coram tribus liberis hominib9 debet ser
uari ⁊ cetera.vt debeat intelligi de veteri iuestitura vbi nō fit di
stinctio neq3 differētia testium siue sint de paribus siue nō.Sed
in noua inuestitura bene debei fieri differētia.quia testes debent
esse de paribus curie.quoniam extranei non pares etiam si fint
liberi nō censentur legitimi testes.vt probatur supra quid fit in
uestitura i princi.⁊ infra qui test.sint necessarij in.c.j.⁊ hoc vult
gl.licet nō alleget vsq3 ad versi.sed cū dicit.⁊ i illa parte questio
gl.quid si vasal.cōfiteatur in iudicio vel extra iudicium coram
testibus suum.feu.esse cōditionatum.nunquid ista confessio sibi
preiudicet.⁊ hec glo.non soluit aliter nisi q remittit ad libellus
disputa.py.⁊ hoc vult vsq3 ad v.postea habēt.⁊ i illa parte sub
ijcit.glo.quod adhuc habent quidam hic aliud capitulū quod
incipit quoniam dictum ⁊c.⁊ istud reprehenditur per glossam.
quoniā materia dicti capituli tradita est supra hic potest esse ti
tu.qui.mo.feudum amit.in capi.j.⁊ i titu.apud quem vel quos
⁊c.⁊ hoc vult tota ista glossa vsq3 ad finem.Sed pro solutione
questionis quam dimisit insolutam remittendo ad Pyleum.
Tu dic pinguius ⁊ melius quam ibi tāgitur per pyleu3 videli
cet quia cum ista talis cōfessio processit ad se confitentem obli
gandum debet distingui.Aut ista cōfessio emanauit in iudicio
⁊ tunc sibi priudicat.quia habetur pro iudicato.lege prima
C.de confessis.⁊ in lege prima.ff.de confessis Aut confessio ista
emanauit extra iudicium.⁊ tunc si est facta cu3 causa ⁊ presente
domino preiudicabit sibi.vt notatur in lege cum de indebito
in fine.ff.de probationibus.⁊.C.de non numera.pecunia.in lege
generaliter.i fi.Si vero sit facta sine causa:tūc q2 est indiscreta si
bi non preiudicat vt est tex.in.d.l.cū de indebito.in fi.Item si sit
facta absente domino vt in.l.certu3.in.§.si quis absente.de cōfes.
Et ad predicta facit quod dixit gl.in.l.j.in fi.ff.de interroga.act.
Quid aūt erit si in confessione contineantur duo quorū vnum
sit pro se ⁊ aliud cōtra se dic vt per gl.⁊ docto.in lege secunda.C.
de dona.ante nup.⁊ in.l.si quidem.C.de exceptio.¶Oppo.ad con
tra contra supra proxime dicta quod imo talis confessio nullo
modo sibi preiudicet:quoniam si dominus ipse cōfiteretur nō
ꝓiudicaret sibi:vt in dicto capitulo ꝓmo infra qui testes nece.
Igitur nec ipsi vasal.confitenti debet esse preiudicialis cum ha
beant parem vicem ⁊ equiparentur ipse dominus ⁊ vasallus vt
supra de for.fideli.in fin.⁊ infra qualiter do.ꝓprie.priue.Solue
vt dicam i dicto capitulo primo vbi est ꝓpria materia ⁊ glo.
⁊ docto.varie senserunt.⁊ ibi declarabo de quo etiam per Ia.
ardizo.in summa in titulo de conten.feu.sub rubricella fi.
8 vero vasallus.¶†Quero ab extra quid fidatu3 est feu.cū pacto
vt nullum seruitium inde fiat an cēsebitur iure feudi.Et cre-
deo quod sic secundum Andre.de yser.⁊ ad omnia preterquam
ad seruitij prestationem Nam ijsdem cul.⁊ causis amittetur si-
cut in alio feu.preterquam si nō seruierit:quia nō tenetur ex pa
cto.facit.c.j.infra de feu.nō ha.propriam naturā feud.infra si
de feudo fuerit controuersia i.c.feudum.ea.lege.¶Quero quod
si inuesti.dicat cōcedo talem rem i feu.ad vtendum ⁊ fruendum
an extingatur morte dic quod sic.ff.de vsu ⁊ habi.l.si habitatio.
§.si sic.⁊ no.in.l.cum hi.§.si vni.ff.de transactioni.⁊ tenet Bal.
9 in preambulis feu.in sexta diuisione.vbi videas.¶†Ultimo in
materia circa feud.diffinitiōes dixi supra in preambulis huius
operis ⁊ per Iaco.ardizo.i summa sub primo titulo ⁊ rubricel
la prima per glossam in summa in titulo de feud.vbi diffinit
hocuius qd sit feudū hoc modo vc3.Quod feu.est cōcessio rei p
homagio facta.vt extra de symonia in.c.ex diligenti.⁊ per Ho.
in dicto ti.de feu.in.§.j.Ubi sic diffinit q feudū est alicui9 rei be
neficiū interueniēte inuestitura sic concesse seu date alij qō dn̄iū
penes cōcedentē remaneat cuius occasione recipiens ⁊ successor
eius cōcedēti dn̄o ad id de quo ⁊ quousq3 cōuenit:ac feu.natura
regrit fz diuersarū regionū consuetudines obligant.Ad quod
facit.c.recolentes extra de statu mona.Et vide ēt in directoria iu
ris i dicto ti.vbi sic diffinit vc3 qō feu.est res cōcessa alicui ad vtē
dum ⁊ fruēdū pro exhibitiōe alicuius seruitij honesti p dictū.c.
ex diligēti.⁊ p.c.vltimū.extra de reg.iur.Uel fm Iacob.de belui.
ita diffinit vc3 q feu.est cōcessio alicuius rei ad vtēdū ⁊ fruendū
vtile dominiū cū exhibitione alicui9 honesti seruitij.Quid autē
sit beneficiū ⁊ qualiter diffiniat vltra diffinitiones hic traditas
habet p gl.in.l.inuitus.ff.de reg.iur.⁊ p glos.in regula prima.de
reg.iur.lib.vj.⁊ p Ia.ard.in dicto tit.sub dicta rubricella prima
⁊ secūda.⁊ plene p Bal.in.l.beneficiū.ff.de cōsti.prin.⁊ ibi plura
tradit ad materiā beneficij ⁊ gratie pertinētia.⁊ in preambulis
feu.⁊ de materia gratie.⁊ qd sit gratia no.p gl.i cle.j.de magistris
⁊ facit de.gratie.extra de rescrip.⁊ i.c.gratiose.eodē ti.li.vj.Que
autē differētia sit inter beneficiū ⁊ prebendā.⁊ an nomine benefi-
cij cōprebēdatur etiā ꝓbēda habet in.c.tua nobis.extra de vbo.
signi.⁊ p Hoff.in summa de ꝓbē.in.§.in summa.Que vero dife-
rentia sit inter prebendā ⁊ canoniā.not.extra de consti.in.c.cū
m.Quid autē sit cōmenda ⁊ quis eius effect9 habetur de electio-
ne.in.c.nemo deinceps.lib.vj.cum ibi no.in cle.que de ecclesijs de
officio vicarij.Et ibi etiā declaratur quid sit rectoria ⁊ vicaria.
De pactis autem appositis in traditiōe feu.dic vt dixi supra qd
sit inuesti.in.§.preterea in remissionibus ibi adductis.

¶Que fuit prima caula beneficij amittendi. Rubrica.

¶Totus iste titulus est pars epistole posite supra in tit.ꝓceden
ti.⁊ideo qdā habent hic vnā gl.super rubrica que dicit q hac ru
brica nō debemus vti ⁊c.S3 tu hāc rubricā habeas.q2 ita cōmu-
niter habet.vnde minime sunt mutāda ⁊c.Uerū fuit diuisa ista
epistola in partes p articulos separatos vt melius intelligeren-
tur.prout in simili facit text.insti.de legat.in.§.sed ne in primis.
⁊ ita not.glos.in.l.j.ff.de excep.doli.facit supra in tit.consti.feu.lo
tha.imperatoris ⁊c.⁊ quod ibi dixi.Continuatio igitur huius
titu.ad titulū precedentem de se patet:quia supra pollicitus est
se dicturum causas aliquas egregias ingratitudinis ex quibus
feudum amittitur.quare nūc in isto titulo ipsas causas plures
subijcit ⁊ tradit.

1 Uasallus inuestiturā a domini successore infra annu3 non petens feudo priuatur.
2 Uasallus inuestiture renouationē infra annū ⁊ diem non petēs feudum perdit.
3 Inuestitura per dn̄i mortem vel ipsius vasalli debet fieri.
4 Consuetudo renouāde inuestiture mediolanen̄.non astringit.
5 Uasallus ne feudo destituatur inuestituram petet ⁊ fidelitatem pollicebitur.
6 Uasallus dominū non inueniens a quo inuestitura3 petat feudum non amittit.
7 Uasallus ꝓ suis successoribus fidelitatem non iurabit.
8 Uasallo infra tēpus inuestiture petende moriente:filius ei succedens quantum temporis ad idem habebit.
9 Feudū ad quē deuoluetur si nato instituto posthumus pretereat.
10 Mora vasalli remissa credit si eius beneficium a dn̄o acceptat.
11 Dominus feudi ꝓprietate priuat si infra annū vasallo petenti inuestituram ab ipso denegetur.
12 Uasallus feudū esse nesciens si inuestituram petere omiserit nō priuabitur.
13 Filio vasalli ante immixtionē in hereditate non currit tempus inuestiture petende.
14 Uasallū dn̄s nō coget infra annū vt inuestituram renouet.
15 Uasallus infra annū qui ad inuestituram petendam datur domino obsequetur.

PRima. Diuide istud principiū in duas
partes.In prima declarat quali
ter vasal.petere debet inuesti.a successore domi
ni mortui.In secunda qualiter per successionē
1 vasalli mortui peti debeat dicta inuesti.ab ipso
domino.Secunda ibi.⁊ econtra.Casus.†Si va
sal.a successore domini vel successor vasalli ab ipō domino nō pe
tijt inuesti.infra annum ⁊ diem amittit feu.hoc dicit.Premitte
pro euidentia illud quod premisi supra per quos fiat inuestit.in
princip.¶In tex.ibi prima autem.Subaudi quantū ad alias
que sequunt fm Pet.de cer.⁊ Bal.Ibi beneficij idest feudi Ibi
fuit scilicet olim vt infra de capitu.cor.in prin.Ibi adhuc est sci-
licet hodie vt hic ⁊ in dicto.c.primo Ibi nostra mediolanensi.ex
hoc probatur Obertum fuisse de Mediolano.vt dixi in.c.prece
denti.in prin.Ibi non obtinet.Subaudi ⁊ hodie vt in dicto.c.
j.Ibi ⁊ diem:⁊ tale tempus currit sibi solum a tēpore scientie.
s.ex quo sciuit dominū esse mortuū:dūmodo nō esset in crassa ⁊
supina ignorātia.vt no.gl.supra quo tempore miles.in.c.j.⁊ Ja-
co.ardizo.in tit.qui.mo.feu.acqui.sub rubricella ex quo tēpore
currit annus.vbi plene de hoc.Ibi inuestiturā petēdo id est re-
nouationē inuestiture antique.⁊ est cōfirmatio veteris vt supra
p quos fiat inuesti.in prin.⁊ ibi no.in gl.⁊ dixi ibi late in euidē a
tialibus.⁊ supra de cogni.feu.in.c.fi.Nā in feudo nouo ad peten
dum inuestiturā nouam realem non est certu3 tempus statutū
fm Pe.de cer.⁊ Bal.facit.§.preterea.infra.de ꝓhi.feu.alie.p fe-
de.⁊ supra qd sit inuesti.in prin.⁊ de no.for.fideli.in fi.⁊ qō dixi
in dicto loco p quos fiat inuesti.Ibi pollicendo id est offeren-
do ⁊ ꝓmittēdo fidelitatem iurare.vt no.gl.supra per quos fiat
inuestit.in.c.fi.vbi plena glo.que ponit practicam.Ibi amittit.
Subaudi nisi iusta cā interuenerit:quare hoc nō poterit.vt in
c.fi.j.de ꝓhi.feu.alie.per lothariū.Que autem intelligatur esse
iusta causa tradit in dicto.c.j.supra quo tempore miles.⁊ ibi di-
xi.Ibi petere inuestiturā id est renouationē inuestiture que fue
rat alias facta patri ipsius petentis q fuerat vasall9 ⁊ nūc mor
tuus est.Ibi carituru cognoscat dic scilicet per sententiam.vt
no.in.l.iubem9.in.§.economos.C.de sacrosan.eccle.⁊ dixi plene
2 supra de feu.sine culpa nō amit.in.c.j.¶†No.quod vasal.d3 pe
tere renouationē inuestiture ⁊ fidelitatem polliceri infra tēpus
a hic limitatū vc3 infra annum ⁊ diem.[a] ⁊ si nō facit amit.feu.vt
hic ⁊ no.plene in dicto.c.fi.§.p quos fiat inuesti.⁊ est ratio q2 pe
tere inuesti.est qdā quasi census deuotionis ⁊ recognitiōis ⁊ re
uerentie qui debet prestari domino ⁊ si nō fiat res incidit in cō
missum.vt in.c.j.de ꝓhi.feu.alie.p lotha.fm Bal.in.l.j.ff.de re-
rum diui.Quod intellige verū qn̄ est maior.xiiij.annis.alias se-
cus.vt in dicto.§.preterea.infra de ꝓhi.feu.alie.p fede.⁊ no.glo.
infra si de feu.fue.cōtro.in.c.si minori.vel nisi subesset alia iusta
cā vt in dicto.c.fi.infra de ꝓhi.feu.alie.p lotha.que autem pos-
sunt esse ille cause dictū est in.c.j.supra quo tēpore miles.Et per
hoc remanet expedicta gl.secunda hic posita in fi.sui q̄ predicta
sensit.qualiter autē concipi debeat instrumētum super renoua-
3 tione:vide in Spe.de feu.in prin.in forma secūda.¶†No.reno-
uationē inuesti.fiendam vel per mor.domini vel per mortem va
sal.vt hic ⁊ infra de capi.corra.in prin.Utrū autem inuestitura
antiqua debeat ostēdi domino vasal.⁊ ad hoc possit cōpelli.dic
p Bal.in.l.ij.C.quomodo ⁊ quando iudex.⁊ dixi supra de con-
tro.inuesti.in prin.⁊ vide per Ioan.andre.in addi.Spec.in.§.j.
4 in prin.¶†Nota istam consuetudinem limitatam ad tempus
anni ⁊ diei ad petendam renouationem inuestiture nō ligare
mediolanēses.vt hic ⁊ in.dicto.c.j.in prin.⁊ infra de capi.corra.
quāq̄ ista cōsuetudo sit approbata per principem.vt ibi patet
⁊ tenet Bal.ibi per no.per glo.in.l.de quibus.ff.de legibus.ad
qō facit.c.j.supra de feu.cogni.⁊ quod habetur in.l.j.⁊.ij.C.que
sit lon.cōsuetu.Si enim princeps voluisset derogare cōsuetudi
ni mediolanēsium ipsam expresse cassasset.vt in autē.cassa.C.de
sacrosan.eccle.cū si.⁊ super hoc vide quod plenissime dixi in di-
cto cap.j.supra de feu.cogni.idē intelligerē de alia ciuitate quā
Mediolanēsi si diuersa cōsuetudo ibi vigeret:quia illa seruan
da esset.ff.cō.predio.l.vēditor.§.si constat.⁊ hoc videtur sentire
Spec.in titu.de feu.§.quoniam.versi.xxvij.ad finem.⁊ etiam do-
minus Andre.de yser.hic.¶Oppo.cū glos.prima de capitulo
j.supra quo tēpore miles.vbi ad petendam renouationē huius-
modi inuestiture limitatur tempus anni ⁊ menses.⁊ ista gl.sol
uit dupliciter.Primo qō iste tex.loquatur secūdū iura hodier
na ⁊ nouissima de qbus habetur per corradū imperatorem in
dicto capi.j.infra de capit.corra.⁊ per Federicum imperatorem
in d cto.§.preterea.de prohi.feu.alie.per fed.secūdum que iura
limitat tempus anni ⁊ diei.Et cū dicta iura indistincte loquā
tur videtur etiam includere milites qui ante ista iura habeāt
annū ⁊ mensem.vt in contrario.Et sic dictum capitu.j.esset ho
die correctū.Secundo soluit glo.quod dictum capitu.j.non sit
correctū.sed loquatur in suo casu speciali videlicet in milite.hic
autē loquitur de alijs non militibus.Et hec vltima solutio ve
ra videlicet quod etiam hodie milites habeant annum ⁊ men-
sem vt in dicto capi.j.quod nō remanet correctum.quonia3 nō
intelligit derogatum priuilegijs militum.vt dixit glo.singula-
ris in.l.decurionibus.C.de silen.lib.xij.⁊ ita tenendū.Et quan-
quā in materia feu.verbum miles interdum capiatur pro quo-
cunq3 vasal.vt dixi supra.Imperator lotha.tamē plerūq3 est da
re militem vasallū ⁊ non militem.vt nota.supra de feu.sine cul.
non amit.in.c.j.Et si est miles debent ei seruari sua priuilegia.
5 vt dixi in dicto capi.j.¶†Quero cum glo.ij.an sit necesse quod
vasallus vtrunq3 facit ad hoc vt non amittat feu.scilicet petere
inuestituram ⁊ vltra hoc polliceri fidelitatem.Et respondet gl.
quod sic dicens quod post petitā inuestitu.nisi etiam fidelitate3

[a] ¶Infra annu3 ⁊ diem.adde tex. ⁊ ibi Bal.in.c.j. quo tempore miles Bal.in.c.j.de capi.corra. Bal. i.c.j.de capi.qui cur.ven.doc.in.c. veritatis de iure iu.Cal.consi.vij. in ti.de feu.inci. an feudatarius tenetur Pet.de anc.consi.clxxiij. inci.do.lazarius fuit inuestit9 de quodam feudo Car.zaba.consil. xxxiiij.inci.circa primum dubiu3 duo principaliter sunt vidēda. ab.consil.lxxxiij. incip.conditoris omnium postulato suffragio.in ij.col.in.j.vo.ab. consi.iij.inci.nitar;in ꝑsenti.in ij.vo.Lu.ro.cōsi. xxvij.incip.viso themate mihi ꝓposito in princi. Pau.de ca.consi.clxij.inci.circa id de quo queritur.Ioā.de ana. consi.xxxij.incip. vltra alia dubia. Barba.cōsi.lxxxiiij.inci.preclare in fi.ij.col.in.iiij. vol.Fran.de are. consi.lxxxij.inci. deus pius Iesus xp̄s.ista iura habent locū in maiore.xiiij.annorū secus in minore secundum Car. zaba.in.d.c.veritatis idem tenet Alex.de imo.cōsi.lxxix.inci.circa primum de quo queritur.in.vij. col.in.j.volu.Et quid si sunt tres fratres vnus petit inuestituram sue partis.j.annum ⁊ diem alij vero sunt contumaces ⁊ partem sua3 perdiderūt an accrescit fratri inuestito:an consolidetur domino vide per Bal.in.c.que in ecclesiarū in versicu.quero pater vel au9 de consti.

polliceat q amittit feu.per.c.j.īfra de capi.corra.Et est ratio.q magis cognoscitur qd specialiter pollicetur quam quod generali pmissione concluditur.vt no.gl.s.qual.vasal.iurare debeat fideli.c.j.Et hoc vult ista gl.in sui prin.Sed adverte quoniā dominus Andre.de yser.tenet & sequit hic istam glo.vcz q vtrunq exigatur.Sed contrariū tenuit.s.per quos fiat investi.in.c.fin. p.c.j.supra quo tempo.miles.Et hoc verius.primo q glos.ibidē hanc partē tenet:vcz quod sufficiat solum petere investituram. Secundo q in ista petitione inest vt fidelitatem prestet.Et ideo non est necessariū verbis exprimi.l.non recte.in fi.C.de fideiussori.Sufficit eniz facto haberi licet nō exprimatur verbis vt ibi dixi.Secus autē si polliceretur tantum fidelitatem:vt dixi in.c.j.s. quo tem.miles.Nunc descendo ad tertiam gloss.hic signatam super verbo pollicēdo:que iudicio meo debuisset signari potius in §.seq.sup verbo pollicendo cum non possit adaptari ad intentionem huius litere.Et ideo ipsam servabo expediendā in.d.§. seq.vbi bene cadit.Fuit enim vt puto vitium scriptoris.¶ Quero ab extra.q supra dictū est quod iste text.non includit minorem.xiiij.annis.qd in minore.xxv.annis.si incidat in penam hic traditam an poterit in integrū resti.& glo.hanc questionem format in.d.§.preterea.& respondet sub dubio forte quod sic:sed de hoc ibi dicaz late vbi videas:de qua questione tāgitur etiam per Joā.andre.in titu.de feudis.in.§.quoniam.vers.xxvij.& per Ho-

6 stien.in summa in.§.quibus.versi.sed nunqd.¶ †Quero quid si vasallus non inveniat dominū a quo petat & labatur istud tempus:an amittere debeat feu.dic qd non sm Jacob.ardizo.per.l. pecunie.in.§.fi.ff.de vsuris.& in.l.j.§.dies.ff.quādo app.sit dummodo corā testibus protestetur quod per eum non stat.vt in.l.ij. C.de his qui per met.iudi.non appel.¶ Quero an vasal.debeat ire ad locū vbi est dominus si non reperiat presentem ad habitationē solitam:& respondet idem Jac.quod sic nisi esset nimium in remotis.l.sed & hec.in.§.ij.ff.de procura.& in.l.iiij.in.§.si tam vicinū.ff.de dam.infect.qualiter autem intelligatur esse locus vi-

a cinus[a] vel remotus dicit Jac.de ardizo.quod tūc dicitur vicinus cū potest de facili adiri.argu.in.l.fi.ff.de iudi.& quando de facili possit adiri arbitrabit iudex secundum locorum & temporum & persone qualitatē.l.continuus.in.§.item si ita.ff.de verbo.oblig. & in.l.ij.§.si quis.ff.si quis cau.& de hac questione di...s.quo tempore miles &c.in.c.j.super text.¶ Quero quare tale tēpus fuerit ita limitatū.& dixit Specu.in tit.de feudis.in.§.quoniam.versi. xxvij.quod quidā dixerunt quod sicut est duplex bonorum possessio.s.edictalis & decretalis:vt in lege.j.§.decretalis.ff.de succes. edic.Ita sit duplex successio feudi.s.edictalis qua qs succedit in feudo & decretalis qua dz infra certum tempus dominū agnoscere & fidelitatē facere:& sicut bonorum possessio decretalis nil operat sine edictali & edictalis anno finitur.l.emancipata.C.qui admitti ad bono.pos.pos.Ita a simili fuit statutuz anni & diei. sed ego puto quod nō possit assignari aliqua ratio concludens sed solū ea sit ratio quia ita placuit latoribus legum & consuetudinum feudaliū.vt ea.gloss.in.l.j.in.§.pueritiam.ff.de postulando.& s.si de investi.inter do.& vasal.lis oria.in.c.j.in gl.iiij.& bal. in fin.sue lec.post tractatū conclusionuz glossar.¶ Quero qd si vasal.iuravit fidelitatem prelato & successoribus suis canonice intrātibus vt quotidie fit vel domino laico pro se & successoribus suis recipienti.an habeat locū iste text.dic quod investitura bñ est recipiēda put est de more.vt in.§.preterea.de probi.feud.alie. per fede.in.c.per tuas.extra de dona.sed fidelitas non est prestanda secundum Jaco.ardi.in titu.qui.mo.feu.acqui.sub rubricella quādo iurare debet vasal.& quando non.& idem sentit hic Jaco.de belui.& Bal.& Specu.in titu.de feudis.in.§.quoniam.ver. hic etiā nota in vltima columna.& in versic.seq.& seq.& est ratio. q ex quo semel sub hac forma iuratū est non tenetur amplius iurare cum dictuz iuramentum sit perpetuum quo ad illum q iuravit.vt no.glo.in.c.veritatis.in fi.extra de iureiu.& in.c.ego episcopus.eo.ti.& idem tenet Idem Jac.ardi.in summa de successione feu.sub rubricella si vero est facta consignatio.an omnes heredes dñi succedant.& in ti.qui.mod.feu.amit.sub rubricella qñ iurare debet vasal.& dicit Jaco.de bel.quod ita fit per episcopum Padue multoties.Secus autem si simpliciter iuraretur:q tūc teneret iurare etiam successori per istum tex.de quo per dictum Jaco.de bel.s.qui succes.tene.in fi.& dixit etiam hic.facit ad pdicta qd not.glo.in.c.ne dei.extra de simonia.

7 ¶ †Quero an vasal. possit iurare p se & successoribus suis dic quod non.vt tenet Jo. andre.extra de iureiuran.in.c.veritatis.& probat in isto text.de quo per Butriuz & docto.ibidem.¶ Quero an vasallus elapso tēpore investiture petendo possit purgare moram.& dixit Ja.ardizo.in summa in titu.qui.mod.feu.acqui.sub rubricella ex iusta causa vasal.excusatur &c.tenendo quod sic dūmodo cleri satisfactione sibi cōsulere studuisset.argu.extra de loca.in capit.fina.extra de rebus eccle.non alienan.si quis patronorum.& ff.de alien. iudi.mutā.causa fac.in.l.ex hoc.in.§.si quis.Sed domin. Bald. dicit quod quanq ista opinio sit equa:tamen non probatur p aliquā legem vel consuetudinē feudorum.Ideoq nō debemus esse clementiores lege.vt in aut.de iudi.in.§.oportet.Et sufficit q ita sit statutū vt.ff.qui & a qui.in.l.prospexit.Et hec opinio p batur in capi.j.s.quo tempore miles.Et suadet ratio multiplex. Primo quia contra statutū legis non purgatur mora.l.ij.C.qui accusa.nō pos.& in.l.ij.C.de emphi.Secundo quia iste contractus habet quandā temporalitatē cui si non obtemperetur nō purgatur:vt.ff.de pact.l.epistola.in.§.fin.& ff.loca.in.l.qro.in.§.inter locatorem.Tertio q quādo per morā fit retro translatio dominij non debet purgari mora vt tenet Dyn.in.l.si servum in.§.sequitur.ff.de verbo.oblig. Itē quia vbi fit resolutio contractus ibi non est tractandum de purgatione more nisi ꝯsentiat altera pars vt.C.de pact.inter empto.in.l.cōmissorie.Et ita tenet Bal.in dicto capi.j.s.quo tempore miles.facit q terminus legalis interpellat vasal.l.magnam. C.de contrahen.& cōmit.stip.sic quando ponitur per iudicem.vt in.l.celsus.ff.de arbitris.Secus si apponeret a parte vt ibi not. facit.l.si ita qs.in.§.seia.ff.de verbo.obligatio.& ad predicta vide

8 quod dixi in.c.j.s.de feu.sine cul.non amit.¶ †Quero vasallus q debebat petere investi.j.annum & diez decessit infra dictum tempus non petita investi.an filius vasal.qui in feu.successit habeat tantū residuum temporis quod supererat defuncto vel integrū annū & diem.dic secundum Jacob.ardi.quod habebit integrum tēpus anni & diei.argu.ff.de iudi.l.si iudex.de verbo.obligat.l. ideo.in fi.cū si.de quo plene per ipsuz in dicto tit.quib.mo.feud. acq.sub rubricella ex quo tempore currit annus.Et hoc idez tenet Jo.andre.in addi.Specu.in tit.de feu.in.§.quoniam.versi. xxvij.& de hac qōne latius dixi.s.quo tempore miles.in.c.j.vbi vi-

9 deas super glos.v.¶ †Quero quid sit in testamēto sit preteritus posthumus & filius natus est institutus quid erit interim de feudo cū preteritio suspendat interim ius adeundi.vt.ff.de acquir. here.in.l.vētre.& de liber.& posthu.in.l.si filius.& dicit Bald.j.in ti.an agnatus.vbi hanc questionez format quod non propterea debet differri investitura filij iā nati que in omnē casum fienda

10 venit.argu.ff.de acqui.here.in.l.quod si dubitet.¶ †Quero qd si elapso tempore anni & diei dñs postea acceptavit beneficiū vasalli:an videatur sibi tacite remittere morā.Et dominus Bald. tenet hic quod sic.l.post diem.ff.de lege corra.Et dicit qd vidit quosdā libros habere in text.ista vba videlicet nisi servierit dño in cōcordiā.q tūc feu.retinet &c.Sz ista verba cōiter nō sunt de text.Sz de hac questiōe latius dixi in dicto.c.j.s.quo tempore mi-

11 lex.sup glo.tertia.in fi.que hāc questionē formavit.¶ †Quero qd si vasal.petijt sz dñs infra dictū tps nolit investire.an privabit pprietate dic q sic.sm qd tenet glo.ij.per quos fiat investi.in fi.& Andr.de yser.in.c.ij.§.j.j.de lege corra.¶ Quero qd si vasallus non possidebat feu.j.dictū tps anni & diei.sed alter tertius possidebat.& sic vasallus nō petijt investiturā.j.dictū tps nec fidelitatis iuramētū prestitit.an isto casu sit privatus iure suo sm formam huius text.Et Gul.de cu.posuit hanc questionē in.l.solennibus. C.de rei ven.Et determinat q vasallus non amittit ius suū p p.l.forma.in.§.si cum ego.ff.de censibus.facit etiam.l.quisq.ff.de acqui.rerū do.Item ratione q ad hoc vt vasallus amittat feud. requiritur q sit in dolo.j.de pbi.feu.alien.p lotha.in.c.fin.Sed non pōt sibi ascribi dolus non possidendo:quia ex quo non habet commoda feudi non tenetur subire onera.Item q nō debet sibi imputari tēpus istud quandiu litigat cuz possessore.l.quandiu.C.qui admitti ad bono.pos.pos.quod est valde no.secundū ipsum Gul.quē sequuntur etiam doc.Moderni.videlicet bal. & Salic.& Rapha.Fulgo.in dicta.l.solennibus.Et pro hac sniā adduco gl.fi.in.c.titius filius.j.si de feu.fue.cōtro.vbi vsq ad.xxx. annos non excludit a revocando feudū alienatū extraneo:secus autez si esset alienatum agnato:quia tunc habet solum annum vt ibi.Item similiter reperio Andre.de yser.infra de capi.corra. in.c.j.in prin.esse in hac snia.vcz qd solū ille qui possidet privatur feu.ex eo q nō petijt investi.j.tempus debitū.Et primo probat per text.j.p quos fiat investi.in prin.qui loquit de possidente.similiter adducit.§.preterea.j.de probi.feu.alie.per Fede.q similiter presupponit vasallū possidere.Itē adducit ēt rationē q contumaciā pditur quādo possidet.vt not.in.d.c.j.s.quo tpe miles. Itē q per culpā suam privat sua possessione vt in.c.fin.in.d.§.quo tpe miles.Ex qbus concludit q est necesse q possideat:q minus est habere actionem q rem.vt.ff.de regu.iuris.in.l.minus.

12 Idem tenet.d.Fran.zaba.in.c.ij.extra de feu.¶ †Quero quid si vasallus ignoravit esse feu.& non petijt investiturā.j.tēpus debitū an privādus veniat.& Bal.in.l.fi.C.si pen.app.movet qōnē & dicit q non.q cōsuetudinis feu.conservat vasallum illesum ad q facit.c.vasallus.j.si de feu.fue.contro.& q dixi in.c.si vasallus in eo.tit.& p Jac.ardizo.in tit.quib mod.feu.amit.sub rubricella.si non petierit vasallus investi.j.annū & dié &c.facit.j.de con-

13 tro.inter do.& empto.in.c.j.¶ †Quero vtrū filio vasalli currat istud tps anteq se īmisceat in hereditate.& Bal.īfra de ca.corra. in principio sentit quod non per illū textum qui dicit heres &c. qd verbum

quod verbū qtū ad onera hereditaria significat immistionē:vt C.ut se ab here.absti.i.l.j.ergo q dicit filiū privādū per lapsum temporis debet probare immistionē precessisse vel q maliciose distulit immistionē.vt.C.ad sill.in.l.pe.Itē debet probare scientiam q in facto alieno presumitur ignorātia.vt.ff.si cer.peta.in.l.eius quin fi.& in.l.fi.ff.pro suo.& nō solum debet pbare scientiā feudi. sed etiā sciētiā paterne mortis.vt.C.de captivis.l.necnō.licet enim filius etiaz ignorans sit suus & necessarius de iure civili.non tamen quantū ad onera hereditaria.vt.ff.de lega.j.l.naz nec emancipatus.& p hac opi.facit text.in.d.c.j.s.quo tempore miles.dum dicit cui succedere debet &c.¶ †Quero an vasallus possit cōpelli p dominū.j.annū & diem ad renovandum investituraz & fidelitatē prestandā dic qd non.l.fiue pars.C.de dila.& insti.de verbo. oblig.in.§.in diem.& est ratio quia istud tēpus videt esse i favorem ipsius vasalli.ar.ff.de verbo.oblig.l.eum qui kalendis in.§. quoties.& ff.de reg.iur.in.l.cū tempus.secundū Nico.de neapo.& tenet etiā Andre.de yser.hic & Jaco.ardi.sub dicta rubricella ex quo tēpore currit annus.qd intellige verū in casu nostro qñ vasal.erat in possessione.sed vbi dominus adhuc est in possessione & nō vasal.tunc aliud est.vt statim dicā in.§.seq.¶ †Quero an.j. istud tēpus cogat vasal.prestare servitium.vel si.j.istud tempus. offendat dominū an amit.feu.& dic secundū Jac.de bel.quod sic ar.j.c.j.in.§.nec alia.& in.§.pdictis.& tenet etiā Nico.de neapo. ¶ Vltimo de materia presenti vide quod dixi in.d.c.j.s.quo tpe miles.& qd tangit.j.de capi.corra.in pri.& de pbi.feu.alie.per lotha.in fi.& in.d.§.preterea.& q no.p gloss.in.c.si minori.j.si de feu. fue.cōtrover.& extra de feudis.in.c.ij.& xij.q.ij.in.c.lōginquitate & in Spec.de feu.in.§.quoniā ver.xxvij.& qd ibi p Jo.andr.& plene p Jaco.ardi.in ti.q.mod.feu.acqui.sub rubricella.j.qd tps investi.pe.de.cum quinq rubricellis ibi sequētibus.& vide in tit.q. mo.feu.amit.sub rubricella si nō petijt vasallus investi.j.annum & diem cū pluribus rubricellis sequētibus.& quod tangit.j.in.§.seque.& qd not.extra de iureiuran.in.c.veritatis.& vide p Bald.in l.j.ff.de rerum divisi.in questione.iiij.& per Hostien.in summa ti. de feu.§.vtrum.

1 ☞ Vasallus de feu.verbaliter investitus dño realē investituram offerenti contumaciter fidelitatem denegans vt ingratus feudo carebit.

2 Pares inter dominū & vasallum in causa feudi novi & investiture realis sunt iudices.

3 Vasallus cōtumax etiā feudi non adepta pos.privabit suo iure.

4 Feudū pacto absq fidelitatis pollicitatione cōstituit quādoq.

5 Vasallus investitura reali absq fidelitate investitus dño eam petenti quando prebebit.

6 Feudi essentialia quedam sunt & naturalia aliqua.

7 Dominus vasallo abusivā investituram si largiatur veram investituram tradere cogetur.

Est & alia. Supra prime visum est qualiter vasallus qui est in possessiōe feudi amittit illud propter eius cōtumaciā & igratitudinē i nō petēdo renovationē investiture.j.annū & diem.Nūc vo pōit aliā cām ingratitudinis & cōtumacie qñ ipse vasallus investitus nō vult iurare fidelitatē.& dividit istū.§.in tres ptes.In pria dñs possidēs īterpellabat vasal.extraiudicialiter vt prestet fidelitatē offerendo se traditurū possessionē feu.& facturū īvestiturā realē.In scda īterpellat vasal.iudicialiter p curiā trina citatiōe ad īstātiā dñi.In tertia limitat pcedentia. Scda ibi.& illo.Tertia ibi.si tñ.Casus.†Vasallus verbaliter investitus de feu.& īterpellatus ltie vt pstet fidelitatē dño suo offerēti realē investiturā:si ꝯtumax extiterit tāq ingratus feu.amittit.dūmodo illd feud.sit eius nature vt fidelitas pstari debeat.h.d.Premittit p evidētia q iste.§.itelligit i feu.novo i quo vasallus erat abusive investitus.nō aūt erat investitus pprie p traditionē possessionis. nā iter istas īvestituras fit differētia.vt.s.qd sit investi.in pri.Itē pmitte ea q pmisi.s.de cōtro.inter vasal.& epi.in prin.¶ In tex. ibi ingratitudo.s.vltra pcedētē.Ibi notāda.Subaudi pp q vasal.feu.amit.Ibi investiturā.s.ppriā & realē postq fecerat abusivā sz Ja.de bel.& Bal.Ibi fidelitatē.i.iurm vt.s.qd pce.debe.investi.an fideli.i fi.& statim sequit.Ibi īterposito.Subaudi ad arbitriū curie sm determinationē traditā.s.i ti.de milite vasallo q ꝯtu.est.in.c.j.i pri.& hoc vult gl.hic posita i sui prin.q p hoc in dicto pri.remanet expedita vsq ad v.itelligo &c.Ibi curiā.qd hoc sit videi.§.pe.j.de pbi.feu.alie.p fede.Ibi pclamaverit.i.qrelam exposuerit.Ibi citatus.de forma aūt & materia huius citationis plene dictum est in.c.j.in princip.de milite vasallo.Ibi iurare qd iuramentum.s.appellavit fideli.q idem est.vt.s.dixi.Ibi beneficium.i.feudum.Ibi fidelitas.i.iuramentū.Ibi prestandi.vt.s. per quos fiat investi.in.c.fi.¶ †Not.qd pares sunt iudices competentes inter dominū & vasallū etiā si questio sit de feu.novo.& sup investitura reali.ad quod facit q dixi.s.de contro.feu.apud pa.termi.ca.j.& de hac materia iurisdictionis plene scripsi i.c.j.s. apud quē vel quos.¶ †Not.qd vasal.potest ex contumacia privari iure suo etiā ante sibi traditam possessionem feud.& eo modo sicut privat quādo haberet integrum feudum & possessionē vt.s.de mili.vasal.in.c.j.in prin.¶ No.q feu.regulariter dat ppter fidelitatē.& iō si denegatur fidelitas dño per vasal.denega-

a bitur sibi feu.per dñm qm frāgenti fidem[a] fides frāgat eidem.l.[b] cū proponas.C.de pac.& per glo.in.§.nullas.s.per quos fiat in-

4 vesti.¶ †No.feu.posse per pactuz sine fidelitate cōstituivt hic & in.d.c.fi.s.p quos fiat investi.& j.de capi.corradi.in pri.& j.quali.do.pprie.prive.c.j.in fi.& de cōtro.feu.apud pa.termi.& in capitulis extraordinarijs.in.§.iij.Vtrum aūt dñs posset alterare exactionē fidelitatis dixi in.c.j.s.de forma fideli.¶ Quero cum gl.j.que debet esse signata hic super isto verbo pollicendo:quāq qdā habeāt eam signatā.s.prime in princi.capituli & male.An iste.§.intelligat de investi.fiēda an de īvestitura facta.Et rñdet gl.q de fienda qm si semel esset facta investitura & possessio esset tradita nō esset opus amplius eā tradi.Et hoc vult ista gl.Sed tu intellige clarius vt dixi super tex.vt intelligat iste.§.de feudo novo de quo dñs iā investiverat vasallum verbaliter & abusive verū anteq faceret investiturā realē tradēdo possessionē corporalem volebat q vasallus iuraret fideli.put tenet.vt in.c.si facta.

5 j.si de feudo fue.cōtro.dixi.s.in titu.qd pcedere debe.¶ †Quarto cū gl.fi.in ver.& intelligo &c.Si dñs iam fecit investiturā realē absq fidelitate verum postea dñs vult eaz sibi prestari:sed vasallus eā facere recusat.an privari debeat feu.Et rñdet gl.arguēdo sm practicā lombardorū sumptā vt puto ex lege si cuiuscūq allegatā per tex.s.de mili.vasal.in.d.c.j.post prin.videlicet quod dñs per libellū debeat dictā fidelitatē a vasallo petere quo casu vasallus expectat per annū & diē ad dictā fidelitatem prestandaz interim possidēdo feudū quo tēpore elapso privabit dicto feudo.Et ex hoc infert gl.q est longa differentia inter istū qui iaz habuit possessionē feudi.quoniā expectat per annū & diē:& illū qui nondū habuit possessionē.quoniā nō expectat tanto tēpore:sed solū donec ter citatur que citationes poterunt fieri multo breviori tēpore & causa expediri.Et hoc colligit etiā per principiū huius capituli.vbi investitus realiter habet terminū anni & diei.& interim possidet quiete.sz in.§.nostro q nō possidebat realiter molestat incontinēti & expeditur causa etiā ante dictū tempus anni qd patet quia non requirit nisi tempus triū citationū.de quibus supra in dicto titulo de milite vasallo.in.c.j.in prin.que multo breviori tēpore expediri possunt.Et hoc vult tota ista gl.vsq ad finem.Sed advertendū q ista gl.presupponit q si dominus iā fecisset investituram realē sine fidelitate q habeat necesse expectare annū & diem & fide.sibi prestandam.qd non admittit Bal.dicens q imo erit arbitrarium scdm formā huius.§.& l.mancipiorū.ff.de opt.leg.Et hoc videt mihi equū:ne dominus videat esse deterioris conditionis quādo magis liberalis existit & maius beneficiū contulit tradendo possessionem feudi quā quando non fuit ita liberalis faciēdo solūmodo investiturā abusivā.arg.in.l.sed & si lege.§.cōsuluit.cū ibi no.ff.de peti.here.& extra de testa.in.c.cū in officijs.Item q iste vasallus non videtur exaudiendus cum dolo vel fraude velle videatur istam dilationē.vt in.c.fi.infra de probi.feu.alie.per lotha.Itez quia sicut dominus facta fidelitate posset cōpelli omnino ad tradendā possessionem:vt supra de nova forma fideli.in fi.Ita & eodem modo vasallus habita possessiōe potest cōpelli omnino ad prestandā fideli.cum parem vicem inter se habeant:vt supra de forma fideli.in fine.Et p hac opinio.facit quod not.per glo.in dicto cap.fi.per quos fiat investi.& quod ibi dixi.¶ Opp.ab extra cōtra istuz tex.in fi.quod imo feu.non possit dari absq fidelitate.quoniam omnis diffinitio debet converti cū suo diffinito.l.j.ff.de dolo.sz feu.dicit a fidelitate.d.c.fina.supra per quos

6 fiat investi.igit &c.†Solu.dicendum secundum Jaco.de belui. quod quedā sunt essentialia feu.vt servitium & sine illo feu.esse non potest nec remitti per pactū.argu.supra de milite vasal.q arma belli.depo.in fine.Alia sunt naturalia feu.vt iuramēti pstatio.licet ipsa fidelitas sit essentialis in feu.iuramentū tamen est naturale & nō essentiale ideo remitti potest.vt.ff.de dāno infecto.l.q bona.in.§.pe.sicut dicimus in venditiōe in qua ptium est essentiale.& sine eo esse nō potest.vt.ff.de cōtrahen.emptio.in l.j.sed quedā sunt naturalia vt evictio & illa remitti pōt.vt.ff.de actio.emp.l.ex empto.in prin.& in.§.fi.& licet nō sit verū feu.tamen illis modis amitteret quibus & verū feu.j.de feu.nō ha.p-

7 priā naturā feu.in.c.j.¶ †Quero an dñs q fecit vasallo investi. abusivā possit cōpelli p vasal.ad faciēdū & tradendū realē investi.an liberet pstando interesse.dic q tenet possessionē pstare.vt j.si de feu.fue.cōtro.in.c.si facta.& ad hoc vide q dixi.s.de nova fide for.in fi.¶ Vltimo ad materiam huius.§.vide remissiōes quas dedi.s.in.d.ti.de mili.vasal.qui contu.est.in fi.principij.vt s.per quos fiat investi.in.§.fi. ¶ Jaco.

1 ☞ Vasallus dominum preliantem deserens feudo privatur sed & nonnunquam capite minuitur.

3 Vasallus dominum in prelio campestri morantem relinquens feudo privandus.

a ¶ Qualiter aūt itelligat eē locus vicinus.adde gl. in.c.felicis.d penis.lib.vj.

b ¶ Frangenti fidem.adde.l.si in investitura.ff.de in offi.testa.l.qui fidem.ff.de trans. l.si convenerit. ff.pro so.c.si infidelis.xxviij.q.ij. c.pervenit.el.ij. de iureiuran.pe. de anc.in.c.statutum de rescri.li. vj.cardi.zaba.in c.suam.de pen. Abb.in.c.quemadmodum.de iureiuran.

3 Vasallus salutem propriam domini saluti preferet.
4 Vasallus dominum iuuare non volens non punietur.

Item qui dominum.

Vasall⁹ amittit feudũ si dominũ i filio nõ adiuuit cũ potuit sz eũ periclitatẽ dimisit.h.d. ¶ In text.ibi iuuaret.Subaudi put tenet ire cã ipm adiuuãdi qñ facit guerram licitã.alias secus.vt.j.hic fi.lex.in.c.j.in princ.Ibi dimiserit Subaudi cũ posset adiuuare ipsuz:vt.s.de feu.sine cul.nõ amit.in.c.ij.i fi.τ not.glo.s.qui.mo.feu.amit.c.j.in prin.Ibi iudicauit.Subaudi qr priuabit feu.p sñiam.vt not.glo.infra de phi feud.
